charitas maneat inter nos qui quamvis habemus infirmitates et vitia nostra tamen in pro
cessu ad spem immortalis concordiae regeniti sumus. Morosus sum ergo in convictu
propter laboris assiduitatem et crebras puerorum molestias, quibus videri possem
ἐξαγριοῦσθαι et fieri paulo asperior quam pro moribus anteacta vitae. Ita si
tibi asperitas agrestis odiosa visa est, aut si quid fuit praeterea quod offendit, memo-
riam clausae veritati aures habet, valde patienter vellicantem amicum ferre possum.
Termini in exercitiis poenitentiae paulatim ex progressus fit ut vere atque ἀνυποκρί-
τως sentiam extrinsecam parvam quandam lucem regenerationis (quae Christi est) ὅσον
ἐστὶν ab hoc esse homine exspectandam, certe totus mihi displiceo, et redemptio-
nem quotidie avidius expecto. Jesus Christus cuius peculium sumus retineat nos in
studio pietatis et vera ecclesia, usque ad diem gloriosi adventus sui, et annumeret
et nos inter vasa misericordiae praeparata ad gloriam. Amen. Salute precatur
t. D. vicinae, quibus filiam commisisti, citatio saluto. 16. July. 1.5.6.2.

Erudito Adolescenti Michaeli Varagio

Antverpiae

Nr. 122) [=Mscr. A. 12: Nr. 44]

Pax Christi

Scripseram ad te nuper prolixe frater dilecte, sed iste acicularius isthuc iturus
quum ad parandas literas dolentem incitasset, monitus (ut opinor) etiam deorsum se
liberius, non salutato tutore et relictis literis discessit. Interea non ausus curis ce-
dere non habui cui tuto aliquid ad vos darem, neque nunc libet recoctam crambem
reponere. De libris emptis gratias ago meorum nomine quibus hoc officio com-
modasti. Data maiora sunt acceptis. Socer meus intertrimenta praestabit.
Mi frater quo loco sunt res vestrae? quid struitis? quorsum evadent tumultuariae
deliberationes incautae aetatis? Da veniam non possum de cursu tuo non in-
tendum curiosus esse. Scribes aliquid scio et facies me de tuis consiliis certiorem,
cui uni ex multis credere solebas. Meae res ita sunt difficiles ut contra cum
me Deo curae esse, molior aliquid pro mea virili, cuius me in posterum non
poeniteat etiamsi vires animum non subsequantur. Nempe coetum aliquem cogere
quamvis exiguum cui ad doctrinae progressus syncera religio accedat, puerile id
prudentibus videatur, at ego arbitror nullum esse posse illustrius fidelis animi
monumentum. Nec Deo certe ullus est gratior cultus quam collectio scho-
larum, in quibus praeter artes vitae necessarias, hominum filii incorruptae pietatis
elementis imbuantur et fidei exercitiis assuescant. Tu quam me ardenter amas:
item fac ut conatus nostros similiter adiuves studio, et invocatione. Superiore
hebdomada venit huc nuntius ab illis apud quos ante quadriennium una viximus
honesto stipendio me revocans ad Scholae gubernationem, quem locum multo splen-
didiorem (ad quem sane mei cordis affectus non mediocriter incitabatur) non
passus essem mihi frustra offerri nisi me conscientia hic inchoati cuiusdam boni ope-
ris retinuisset. Sed quid meis te curis impedio. Mea Coniunx (quod te scio
positive mea causa gavisurum, et tuam parentem una) prope diem edet spem aliquam pos-
teritatis. Dominus benedicat. Amen. Non vocabo vos nimis dissiti mon-
tibus et silvis sumus, tamen si puellam pariet de vestris Cognatis unam dilectam
mihi matris tuae nomine substituam, si puer erit Masculus per Michaelem Wal-
man te compatrem statuemus, non enim habeo familiam (qui iam diu in exilio

vixerim

ruibis

reponere

dixerim) de cuius in me benevolentia melius confido. Scio esse morosos quosdam · 65. 80
qui eum morem adsciscendi infantibus sponsores vituperent, et audiui et illiberalem, sed eo-
rum iudicijs ego legem humanitatis oppono quae vult alienae quoque soboles nos curam ratio-
nem habere, ne sui orbata custodibus frangatur legitima institutione. Nihil hic sequar il-
liberale, sed quia ad rem humanissimum adhiberi soleant quos charissimos habemus, ad orbata
vos referre animum non dubitam. Sed ante diem quo isthuc discessit cum interveniret mul-
ta possunt. Matri ex meo animo precaberis gaudium in Christo Salvatore et ar-
dentem quandam expectationem illius vitae in qua defuncti praesentibus curis fruuntur
aeterna Filij DEI et sanctorum societate. Tu si me amas, retineto exercitia fidei et pi- Estime
etatis, ne te iste aestus ineuntis aetatis, et consuetudo peccantium a pristina frequentia
te depellat. Salutem dic et Varheidio, quem miror nihil ad me literarum post re-
ditum e Gallia dedisse, habeo apud me plures eius epistolas obsides perpetui erga
me amoris et testes animi in doctrina pietatis non infeliciter instituti. Scio eum (ne
si velit quidem) ab amicitia tam sancte conflata discedere non posse. Vale Duisbur-
gi 4 Calend. Julij Anno 1562.

Johannes Molanus

D. Gerardo Veltio Ducis Cliviae Con-
cionatori et D. Nicolao Rollio We-
saliensis Ecclesiae Mi-
nistro.

Nr. 123)

Pax Christi

Nisi vos gravissimas sustineretis duo praestantes viri dolores, sic pater casum aut
impudens sim si obstreperam: imo quod venientes tam stupida animal incocta mea
ad vos receperitis magnas gratias ago, non delusit meus stupor a Judaica fecit tar-
titudine qua me agnovit quidem oblatum, quem magno cum desiderio expecta-
rat. Sed haec sunt communia generis et speciei vitia. In primo congressu tentabi
disticho vobis gratiam referre, si tamen id esse putatis aliquid hostimentum nempe ut
est in proverbio Χρύσεα χαλκείων. Id cum non succederet dulcissima ves-
tra consuetudine (qua nostrum ut festis quinquatribus fruendum erat) animum cogita-
tionem meam sibi vindicante domum a vobis digressus illeic meum saepe suspirium senten-
tiis chartis quosdam emotis pedibus versiculos quibus exciperem scilet receptos paulo
urbanius quam in primo congressu Ecclesia meum video natos non admodum feliciter
ut qui nesciat tempori servire, tamen adscribam.

[= Arch. a. 12: Nr. 45]

Dicite Clivinaci duo candida lumina coetus
Junij ipsis hodie nobis exorta Calendis
Quid sentitis? quae cura animos vestros astra volantes
Sollicitat? qua spe tandem quandoque flentes quodt omine
Spargitis effoetis coelestia semina sulcis.
O dulces animae Velti et tu strenue Rolli,
Quos ornant gregis afflicti certamina quorum
Cordibus exarsit concitati gloria Christi,
Spargite ab ore ad mala beata semina vitae,
Spargite, quo melior messis se surrigat arvo;
Scire nefas, aut quo pereant plantaria clivo?

Stabe